AUGUSTINUS
12. Jh.
Seite 102r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Et dederunt ei uinum bibere cum felle mixtum. Et cum
gustasset noluit bibere. Hoc marc̄ ita narrat. Et dabant
ei bibere myrratum uinum. & non accepit. Hoc intelli
gendum est matheum dixisse cum felle mixtum. Fel
quippe pro amaritudine posuit. Et myrratū enī uinū
amarissimū ē. quāquā fieri possit. ut fel & myrra uinū
amarissimū redderent. Quod ergo ait marcus ñ accepit.
intelligitur non accepit ut biberet. gustauit autē sicut
matheus testis est. ut quod idē mathe' ait. noluit bibere. hoc
marcus dixerit. non accepit. tacuerit autem quod gustauerit.
Sequitur matheus. Post quam autē crucifixerē. diuiserē uestimēta
eius sortē mittentes. & sedentes seruabant eum. Hoc idem
marc' sic. Et crucifigentes eum. diuiserē uestimēta ei' mitten
tes sortem super his quisquid tolleret. Hoc lucas sic ait. Diui
dentes uero uestimēta eius miserunt sortem. & stabat ppls
exspectans. Breuiter atq; dictum ē. iohannes autē distincti'
hoc explicat. quemadmodum gestum sit. Milites q̄ igit
cum crucifixissent eum. acceperunt uestimēta ei'. & fecerunt
quatuor partes unicuiq; militi partē. & tunicam. Erat
autem tunica inconsutilis. desup contexta ptotum. Dixerē
ergo ad inuicē. Non scindam' eam. sed sortiamur de illa cui'
sit. ut scriptura impleretur dicens. partiti sunt uestimenta
mea. & in uestē meam miserē sortem. Et imposuerē
super caput eius causam ipsius septam. hic est ihs rex iudeorū
Marcus autē priusquam hoc dixisset. erat autē inquit hora
tertia. & crucifixerunt eum. Hoc enim subiungit cum
de uestium diuisione dixisset. Quę res diligentissime consi
deranda ē. ne magnum faciat errorem. Sunt enim quar
bitentur hora quidem tertia dnm crucifixum. aserta